

VIII.

Cavense Cœnobium in Episcopalem Sedem erigitur.

Ex Ughell. Ital. Sac. rom. 7.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad Perpetuam Rei Memoriam.

Proemium.

Salvatoris nostri Jesu Christi qui benemeritum ad Convivium Domini cum in ultimis recumbentem jubet superius ascendere, ut sibi sit gloria, vices quamquam insufficientibus meritis gerentes in terris exemplo unico inserta, ut de suprema Apostolica dignitate specula ad singulas orbis partes profundę considerationis aciem extendentes, si locum insignem minus decore tractatum, & neglectum videamus, pro rei qualitate superius elevemus, ut dignitatum insigniis fulciamus: ex hoc enim cum Dei gratia boni Pręsulis partes implemus si nostro Ministerio singulis locis pro eorum qualitate correspondeant tituli dignitatum.

Causę Eręctiois faciendę.

§. 1. Cum itaque sicuti facti notorietas manifestat terra Cavensis Salernitanę Dięcesis benedicente Domino personarum numerositate, & aliis divinis muneribus ultra civitates quam plurimas partium illarum sit secunda, satique amplum habeat territorium; quod territorium Monasterii Sanctę Trinitatis Cavensis ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, & Ordinis Sancti Benedicti ejusdem Dięcesis nuncupati, in quo Castrum Sancti Adjutoris consistit, & personę sexus utriusque degunt in multitudine, numerosa, Abbas quoque pro tempore existens, & dilecti filii Conventus dicti Monasterii, in hujusmodi Terra, ac Territorio, & personis degentibus, ac rebus existentibus in eisdem, quantum ad Spirituale forum pertinet ordinariam jurisdictionem conjunctim, vel divisim exerceant, & ad exercitium Secularis jurisdictionis ad ipsum Monasterium pleno jure pertinentis deputate officiales idoneos, adeoque licet Monasterium, terra, & territorium hujusmodi sint de Dięcesi Salernitana, & infra illud tantum Abbas, conventus, personę, Monasterium, terra, ac territorium præfato Archiepiscopo pro tempore existenti, & dilectis filiis Capitulo, & Ecclesię Salernitanę Dięcesano, vel alio quocumque jure præterquam ad certum parvum annuum censum in nullo tenentur astricti, & accedat quod ipsum Monasterium gratia Domini favente etiam ultra multas Cathedralis Ecclesię partium illarum opulentum, & multipliciter ornatum existit: proventus etiam bona, & jura dicti Monasterii ad Abbatem & conventum præfatos communiter, & indistincte pertinere noscuntur, quę solus Abbas administrare consuevit. Si ergo eadem terra in Civitatem, & Ecclesię dicti Monasterii in Cathedralis Ecclesię erigantur, opus merito censerit poterit laudem dignum, & singulariter commendandum, & incolis terrę, & Monasterii præfatorum in eo maxime accommodum, & jucundum, qui perpetuum habebunt Episcopum, & pro sacramentali confirmatione, & suscipiendis ordinibus, necnon Chriřmate, & Oleo san-

Cavense Monasterium, Dięcesanus leg. Archiep. Salernitano non subiecti.

cto recipiendo, & aliis necessariis quę ad Pontificale ministerium pertinent procurandis adire alios Antistites non cogentur.

§. 2. Nos igitur præmissa attenta meditatione pensantes, & opus erectionis hujusmodi ad effectum deducere cupientes & quibusdam, & aliis rationabilibus suadentibus causis ad id nostrum inducentibus animum, ex certa nostra scientia de Fratrum nostrorum consilio, & Apostolicę plenitudine potestatis ad ejusdem Sanctę Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti laudem, & gloriam, & exaltationem Ecclesię Sanctę Suae divini cultus augmentum, fideliumque salutem terram in civitatem erigimus, & civitatis titulo, & insigni decoramus, eamque in memoriam indelebilem eorum, quę circa id hac in parte geruntur civitatem Cavensem perpetuis temporibus volumus nuncupari, & insuper eandem ipsius Monasterii ad præfens Abbatis regimine defuturi Ecclesię, in Ecclesię Cathedralis similitudo erigimus, & constituimus de consilio, & potestate præfatis, Sponsum idoneum cum Episcopalis officii plenitudine per Apostolicę diligentię ministerium habiturum, qui sponsus ipse præsit, atque profit, statuentes, & de ipsius consilio, & potestate decernentes, ut in hujusmodi Ecclesię in Cathedralis erecta, sit unus Prior dicti ordinis, qui majorem post pontificalem dignitatem in hujusmodi nova Cathedrali obtineat, & eisdem hætenus Conventui nunc Capitulo effectis præsideat, & divinum cultum in Ecclesię diligenter peragi, & regularem observantiam per monachos, & ministros ipsius novę Cathedralis sollicita cura faciat observari, & animarum curam si qua illi imminet, absque negligentia, & cum diligenti studio exerceri, & leves ac minores excessus ad Episcopi Cavensis pro tempore existentis referatur examen, sitque unus Decanus, qui post Priorem secundam habeat dignitatem, & Priore absente, vel Prioratu vacante Prioris in omnibus vices gerat, & tam Prior, quam Decanus hujusmodi de prædictis proventibus bonis, & juribus pro dignitatum decentia congruas percipiant portiones nostro moderamine nihilominus declarandas, & tñm ipsa quam vicibus successivis quotiescumque Prioratum, vel Decanatum vacare contigerit Prior, & Decanus salvis reservationibus Apostolicis per electionem Capituli, & confirmationem Episcopi præfatorum assumantur. Per hoc autem, alias dignitates, & administrationes, seu alios personatus aut alia officia si quę forsan sub aliis vocabulis ibidem hætenus fuerunt alias non intendimus remove, sed præter Priorem claustralem, qui de cetero secundum præmissa necessarius non est in suo esse remaneant sicut prius, proventus autem bona, & jura ejusdem noviter erectę Ecclesię præfate inter Episcopum, & Capitulum præfatos Deo auctore cum debito moderamine distingui, & ab invicem separari, ac etiam numerum Monachorum inibi Capitulum facientium pro juribus facultatum proventuum bonorum, & jurium hujusmodi,

Eręctio de qua in rubrica.

Capituli assignatio.

Dos novi Episcopatus.

di, quę in ipsa distinctione, & separatione dictis Capitulo remanebunt, statim faciemus perpetuis temporibus observanda, sed proventus bona, & jura, quę ad Episcopalem mensam, & Episcopum, quę vero in distinctione, & separatione prædictis ad Capitulum mensam fuerint deputata ad Priorem, Decanum, & Capitulum præfatos & eorum administratorem aliter servata juris forma debeat libere pertinere.

§. 3. Ceterum de consilio, & potestate præfatis statuimus, ac etiam ordinamus, quod personę tam Ecclesiastica, quam seculares sexus utriusque in eisdem nova civitate, ac territorio, quod quidem territorium de cetero Dięcesis Cavensis erit, degentes præfatis, & posteri quemadmodum Abbati, & Conventui præfatis in spiritualibus, & temporalibus communiter, vel divinum parere teneantur, ac etiam ordinario jure subiecti de cetero ipsi Episcopo, Capitulo, & Ecclesię Cavensi in eisdem spiritualibus, & temporalibus conjunctim, vel semotim teneantur obedire, ac Dięcesano sint subiecti. Præterea sicut Abbas, & Conventus præfati, necnon personę, Monasterium, terra, & territorium hujusmodi eisdem Archiepiscopo, Capitulo, & Ecclesię Salernitanę Dięcesano, vel alio jure non suberant, ita in posterum Episcopus, Capitulum, & Ecclesię Cavensis, necnon personę, terra, & Dięcesis præfate dictis Archiepiscopo, Capitulo, & Ecclesię Salernitanę, nec Metropolitanæ, neque alio quovis jure subint, sed eidem Ecclesię Romanę immediate subiecti remaneant, sicut ante, & quemadmodum hætenus de Dięcesi fuerunt, ita post hac alias de Provincia Salernitana existant: ipsi tamen Archiepiscopo, Capitulo, & Ecclesię Salernitanę quo ad prædictum censum nullum præjudicium generetur. Ad hoc, quia tam in præfata Salernitana, quam in aliis Dięcesibus, ac Civitatibus nonnulla Castra, & terrę, & ville, loca & possessiones consistunt quę etiam jure ordinario præfatis Abbati, & Conventui hætenus plenarie conjunctim, vel separatim subsuerunt cum personis degentibus, & rebus existentibus in eisdem, & quamplura Prioratus, Prępositatus, dignitates, personatus, officia, administrationes, & alia beneficia Ecclesiastica secularia, vel regularia cum cura consentientia ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, confirmationem, institutionem, seu quamvis aliam dispositionem Abbatis, & Conventus præfatorum communiter, vel divisim hætenus spectaverunt, volumus, & de præfatis consilio, & potestate ordinamus, quod castra, terrę, villę, loca, & possessiones hujusmodi non Dięcesano, vel alio quam consueverant jure, sed dumtaxat commodo, quo usque nunc Abbati, & Conventui, de cetero Episcopo, & Capitulo præfatis cum dictis personis, & rebus eodem ordinario debeat jure subesse: Prioratus vero & Prępositatus, dignitates, personatus, officia, administrationes, & alia beneficia superscripta de cetero ad Episcopi,

De jure novi Episcopi &c.

De Beneficiis a Monasterio ipso Cavensi dependentibus.

Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

& Capituli præfatorum collationem, provisionem, præsentationem, electionem confirmationem, constitutionem, seu quamvis aliam dispositionem hujusmodi conjunctim, vel separatim debeant pertinere, & eis alias consueto more remanere subiecta. In Ecclesię jam Cavensi prædicta divina peragantur officia juxta ritum modum, & consuetudinem ibidem hætenus usitatas.

§. 4. Demum volumus, quod Episcopus Cavensis pro tempore existens in ædificiis ibidem existentibus habitationem honorabilem, ac decentem habeat pro se, & sua familia, quę ab ipsorum Prioris, Decani, & Capituli habitatione per muros convenientes penitus secludatur, & quod luminariis, libris, paramētis, & ornamentis ad divinum cultum pertinentibus, ac pro aliis solitis oneribus, ac expensis de proventibus, bonis, & juribus superscriptis, tam ad Episcopum, quam ad Capitulum præfatos conjunctim, vel divisim spectantibus diligenter provideatur sicut alias est fieri hætenus consuetum, & quod omnia privilegia, bona, & jura hujusmodi Monasterio qualitercumque concessa, ac in quorum possessione pacifica impręsentiarum canonica existit, eidem permaneant illibata: non obstantes quod eadem Ecclesię dicti Monasterii in Cathedralis, ut præmittitur sit erecta. Decernimus tandem ex nunc irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

De Episcopali Aede.

Novę Ecclesię antiquo confirmantur Privilegia.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę creationis decorationis, statuti, ordinationis, voluntatis, & constitutionis &c.

Datum Romę apud Sanctum Petrum septimo Idus Augusti Pontificatus nostri anno quinto.

Dat. die 7. Augusti 1394. An. V.

I X.

Servorum Beatę Marię Fratris Ordinis Officia recipiendi, seu obtinendi absque Prioris Generalis speciali licentia facultatem interdicat.

Ex Reg. lat.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

P Aporalis Officii debitum cui disponente Domino præsidemus exposcit, ut circa statum personarum Ecclesiasticarum præsertim Religiosarum salubriter intendamus, & ut eis materia vagandi, ac insolentiarum, & inobediencię vitia subtrahantur studeamus sollicitè providere.

Proemium.

§. 1. Cum itaque, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti Filii Joannis Fratrum, servorum Beatę Marię Ordinis Sancti Augustini Prioris generalis petitio continebat, sæpe contingat, quod Fratres dicti Ordinis Prælaturas, Dignitates, Officia, & etiam alia beneficia Ecclesiastica Priore generali ipsius Ordinis pro tempore existente in scio sibi conferri, vel alias se ad illa promoveri

Causę factę de legis.

D d d

ri

ri procurent, & propter collationes, vel promotiones hujusmodi Fratres ipsi ut plurimum insolentes & vagabundi, ac reprobi reddantur, & non paucorum materiam præbeant scandalorum, pro parte dicti Prioris Nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hoc providere de opportuno remedio de benignitate Apostolica dignaremur.

Constitutio de qua in rubrica.

§. 2. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica tenore præsentium, statuimus, & etiam ordinamus, quod de cætero perpetuis temporibus nullus Fratrum dicti Ordinis (quacumque etiam Apostolica auctoritate) Prælatum seu Dignitatem aut Officium, vel quodcumque aliud Ecclesiasticum Beneficium, per Fratres dicti Ordinis gubernari, seu regi consuetum, absque Prioris Generalis dicti Ordinis, pro tempore existentis licentia speciali, præterquam ex indulgentia Sedis Apostolicæ faciente plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem, assequi valeat quoquo modo. Nos enim ex nunc irritum, decernimus, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrorum Constitutionis, Ordinationis, & Decreti infringere &c.

Dat. die 1. Februarii 1398. An. IX.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Kalendis Februarii, Pontificatus nostri Anno Nono.

X.

Ex Regest. eodem.

Statuta a Cardinali S. Sabinae pro Terracinenfibus edita firmat.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

AD ea ex injuncto Nobis Apostolatus officio libenter intendimus, quæ Civitatum ac Terrarum Nobis, & Romanæ Ecclesiæ subiectarum immediate utilitatem respiciunt, & ut ea, quæ ad ipsorum prosperitatem, & statum bonum utiliter dirigendum sunt salubriter ordinata, illibata consistant, libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem.

A Cardinali S. Sabinae datæ Terracinenfibus leges, & Privilegia juxta Constitutionem Gregorii XI. hac de re.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis, nuper pro parte Dilectorum Filiorum Universitatis, & singularium Personarum Civitatis Terracinen. Nobis, & Romanæ Ecclesiæ immediate subiectarum nostræ Provinciæ Maritimæ petitio continebat, quod olim beatus Franciscus Tit. S. Sabinae Presbyter Cardinalis, tunc in nonnullis Terris Italiæ, præfata Ecclesiæ immediate subiectis, in temporalibus Vicarius generalis, Universitati hominum, & Communi dictæ Civitatis apostolica auctoritate, quaungebatur, vigore literarum se. re. Gregorii Papæ XI. Prædecessoris nostri, ac de consilio Rectoris dictarum Provinciarum tunc temporis existentis voluit, statuit, & ordinavit, ut Privilegium, & Indultum, Constitutiones, Statuta, & ordina-

tiones Provinciarum prædictarum per se. rec. Bonifacium PP. VIII. Prædecessorem nostrum edita continens in Civitate, Territorio, districtu Terracinen. prædictæ vigeret, eoque ipsis uti liceret, & in omnibus suis Capitulis efficaciter observaretur.

Potestates & Judices in hac civitate voluit eligi.

§. 2. Statuit, & etiam ordinavit de consilio, & auctoritate prædictis, quod ab inde in antea quatuor Potestates, & duos Judices in Civitate, Territorio, districtu præfatis pro singulis sex mensibus, vice qualibet valeret eligere, Rectori ipsarum Provinciarum præsentandos, & per eundem Rectorem unum Potestatem, & unum Judicem, quos ex prædictis præsentatis ipse Rector duceret eligendos, & per syndicos eligendos per ipsos cum Consilio alicujus Jurisperiti tempore debito sindicandos, quorum sindicandorum poenas Camera dictæ Civitatis voluit applicari.

Prudentes inhiberi leges.

§. 3. Statuit insuper, concessit, & ordinavit de consilio, & auctoritate prædictis, ut pro salubri, & utili statu earum in Civitate, Territorio, Districtu præfatis statuta, quæ contra statum, & libertatem Romanæ Ecclesiæ, ac libertatem ecclesiasticam non existerent, edere valeret, & obtinerent roboris firmitatem, quæ per Rectorem earundem Provinciarum approbata forent.

Poenas corporales in pecuniarias non commutandas, sanxit.

§. 4. Voluit etiam, quod hujusmodi statuta, infra decem dies continuos post præsentationem eorum, per eundem Rectorem confirmari deberent, & eis restitui absque solutione alicujus pecuniæ: hoc addito quod ubicunque, seu quotiescumque ex delicto aliquo de Jure communi, poena corporalis, vel sanguinis deberet infligi, in statutis ipsis faciendis poena pecuniaria minime possit imponi: sed in eo casu Constitutiones Provinciales, ubi veræ constitutiones Provinciales deficerent, Jus commune per eorum Officiales voluit observari.

Examinatis hujusmodi litteris.

§. 5. Et nonnulla alia concessit, & voluit, prout in Literis præfati Cardinalis suo pendente sigillo munitis, quas inspicere, & examinari diligenter quarumque tenores hic de verbo ad verbum inseri fecimus, dicitur plenius contineri.

In his contenta firmat Bonifacius.

§. 6. Quare pro parte Universitatis, & singularium personarum prædictarum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut statutis, ordinationibus, concessionibus, declarationibus, & voluntatibus hujusmodi, & aliis in dictis literis robor apostolicæ confirmationis adicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati statuta, Ordinationes, Concessiones, declarationes, & voluntates prædictæ, & alia omnia, & singula in dictis literis, contenta rata habentes, & grata, illaque auctoritate apostolica, ex certa scientia confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem nullum Jus alias eis de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Dat. die 12. Junii 1400. An. XI.

Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Datum Romæ apud S. Petrum secundo Idus Junii, Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Con-

Ex Regest. eodem.

Confirmatio Statutorum, & Ordinationum Provinciarum Campaniæ, & Maritimæ per Bonifacium PP. VIII. editorum.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Humilibus, & honestis supplicum votis, & præsertim Romanæ Ecclesiæ subiectorum libenter annuimus, illisque, quantum cum Deo possumus, favorem Apostolicum impartimur.

Bonifacii PP. VIII. litteras in Rubrica laudatas con-

§. 1. Sane Literas Apostolicas se. re. Bonifacii PP. VIII. Prædecessoris nostri, Ordinationes, Statuta, & Constitutiones Provinciarum nostrarum Campaniæ, & Maritimæ per ipsum Prædecessorem nostrum edita, prout in Literis Apostolicis ejusdem Prædecessoris solita Bulla munitis, quas inspicere, & examinare fecimus diligenter per dilectum Filium nostrum Ludovicum Sancti Adriani Diaconum Cardinalem pro Nobis, & eadem Ecclesiæ in dictis Provinciis in spiritualibus, & temporalibus generalem, quarumque tenorem hic de verbo ad verbum, inseri fecimus nullo habito, vel diminuto, quod facti substantiam, aut veritatem immutet, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, tenore præsentium confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus.

Antiquum servando novum nulli jus hinc vult acquiri.

§. 2. Per hoc autem nullum Jus, alias Provincialibus dictarum Provinciarum, aut Universalibus, vel singularibus Personis, seu Provinciis ipsis de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari.

Bonifacii litteræ.

§. 3. Tenor vero dictarum Literarum sequitur, & est talis = Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Romana Mater Ecclesiæ, quæ visceribus Pietatis exuberans, & circa statum solenter invigilans subditorum, se illis in favorem munificans, & in gratis exhibet liberalitatem, præclara Campaniæ Maritimæque Provinciæ merita solenter attendens, & sedula consideratione discutens, digne circa ipsam specialis zelo dilectionis afficitur, digne illam prosequitur intima caritate, sinceris amplectitur brachiis, ad statum ejus felicem, & prosperum vigilantibus studiis intendendo. Hæc est enim Provincia, quæ felicis benedictionis, & gratiæ gratitudinis, & obedientiæ producit Alumnos, & in qua semper erga Ecclesiam supradictam fidei constantia viguit, claruit devotionis integritas, splenduit reverentiæ plenitudo. Hæc est profecto columna fidelitatis, immobilis, super firmam Petram Fidei constituta, quæ nullis unquam concuti potuit frangentis fremitu tempestatis. Hæc est Provincia, quæ semper ipsius Ecclesiæ viriliter, & constanter in necessitatibus assistit personarum pericula, damna rerum, & laborum onera non evitans, cujusque prompto, & patienti auxilio Terras sibi subiectas regis dirigitque Provincias, ipsarum compeccit excessus, ausus temerarios reprimit, illicitos motus frenat. Hic est utique prædilectus, & deliciosus Hortus Ecclesiæ. In quo ipsa reperit, quod de Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

Campaniæ & Maritimæ Encomium.

lectat, colligit, quod blanditur affectui, gustat, & percipit dulces fructus. Ideoque ipse Ecclesiæ gratiosa benignitas merito ad eandem provinciam benevolam extendit intuitum, & de statu ejus sollicita redditur, ut subductis noxiis subsequenter prosperis in pacis pulchritudine sedeat, & in requie opulenta quiescat. Inde fit quod Nos Provinciam ipsam sincerissime diligentes, Apostolica auctoritate statuimus, & etiam ordinamus, quod si Potestas, Capitaneus, vel Defensor alicujus Communitatis alicujus Civitatis, vel Castri Provinciæ memoratæ, in quo quidem Castro Potestas seu Rector ad ipsius regimen hætenus eligi consuevit aut Ecclesiasticus Judex seu Loci ordinarius, Primo contra quemlibet ipsius Provinciæ incolam super delictis, & excessibus quibuscunque, per accusationem, aut denunciationem vel inquisitionem duxerit procedendum, tunc ejusdem Rector Provinciæ, tam in spiritualibus, & temporalibus contra hujusmodi delinquentem ulterius non procedat, quantumcumque in Curia Rectoris prædicti super eodem delicto fuerit accusatus. Si vero præfatus Rector contra hujusmodi delinquentem prius duxerit procedendum, memoratus Potestas, Capitaneus, vel Defensor non procedat in aliquo contra eum. Ordinamus, & statuimus, ut cuilibet appellanti, & appellare volenti coram Rectore prædicto aut ejus officialibus, liceat sibi quem maluerit habere Notarium ad formandum, seu faciendum fieri appellationem, vel appellationes, quæ fuerint faciendæ, ipsisque in formam publicam redigi, prout fuerit opportunum. Ita tamen quod prenominate Notarius, antequam de ipsius Rectoris Curia se absintet, appellationis hujusmodi copiam in eadem forma redactam penes dictum Rectorem, seu Officiales ipsius si petita fuerit dimittere teneatur. Si autem præfatus Rector, vel ejus Officiales appellanti voluerit, non tam protinus respondere, Appellanti, vel Notarium, qui appellationis confecerit Instrumentum, nequaquam retineat, vel faciat aliquatenus detineri: quinimo ipsum liberè abire permittat præfato termino appellanti, in quo appellans compareat ipse Responsionem, quam sibi super appellatione hujusmodi fecerit, auditorus. Præterea dictus Rector, vel Officiales ejusdem alicujus Communitatis ipsis, vel officialibus eorum quomodolibet non compellat, nec compelli faciat, vel permittat ad dandum, vel assignandum sibi, aut suis Officialibus pignora propter Romanam Ecclesiam contingentem dictarum Civitatum, vel Communitatum, vel alicujus earundem Officialibus, per quemcumque ob suam exhibitam, vel assignatam delictum ante, vel post definitivam sententiam vel infra tempus deliberationis appellationis faciendæ, videlicet decem dierum, vel postquam appellatum fuerit, hujusmodi appellatione pendente. Ad hæc si per eundem Rectorem adversus aliquem procedi contigerit, a quo pecuniam vel aliud loco pecuniæ, per viam compositionis, seu condemnationis exegerit, aut exigi fecerit

De Forma Judiciorum.

De Appellationibus.

Pignora non danda ab Appellantis.

De deponitio Compofitio- num.

De Custodi- bus Commu- nitatum.

De custodia viarum.

De Citationi- bus.

pro commissis excessibus ab eodem dictus Rector exhibeat, & assignet, ac faciat assignari illi Communitati seu Civitati, unde delinquens existit, partem pene huiusmodi prout ad illam ex speciali privilegio, vel consuetudine pertineret. Si vero nec Privilegium subit, nec consuetudo aliqua in hoc esse noscatur, pars huiusmodi penes sit Civitatis, seu communitatis illius, in cuius Territorio seu districtu maleficium extitit perpetratum. Si autem Custodes aut alii Officiales alicujus Communitatum ipsarum de Potestatis seu Capitanei vel Defensoris eorum mandato, aut ex ipsorum officio iuxta formam Statuti aliquem in bonis, vel rebus cujuslibet executionem duxerint faciendam, & ex eo Custodes, vel Officiales predicti coram sepefato Rectore vel ejus Officialibus fuerint accusati, Rector, vel Officiales ipsi contra Custodes, aut Officiales predictarum Communitatum, vel alterius earum, dummodo Rectori, vel Officiali constiterit supradictis, quod earundem Communitatum, & alicujus ipsarum Custodes, vel Officiales existant aliquatenus non procedant. Si vero quisquam de quovis delicto delatus ad declarandum Forum per se, vel per Procuratorem exceptionem opponat, ipsum audiri precipimus, prout de Jure fuerit audiendus, nisi excessus adeo evidens, tantaque casus enormitas fuerint, quod aliud suaderet faciendum. Volumus etiam, quod pro delicto Filii portionem Juris nature debitam Pater dare tantum, & non amplius retineatur ipsaque Patris Filio imputetur. Ceterum, si Civitas, vel Castrum Provinciae circa viarum, seu fratarum custodiam, sollicitudinem adhibeat diligentem, nolumus illa per ipsius Provinciae Rectores, vel Officiales eorum occasione huiusmodi quomodolibet molestari. Cum autem Provinciae Rector, vel Officiales ipsius alicujus recipiunt pignora contra quem intendunt procedere pignora, eadem ad ipsius Rectoris mandatum penes Officiales juratos Civitatis, vel Castri, cuius est incolis, adversus quem agitur, deponi volumus custodienda per eos, ne illa distrahi, vel amitti contingat: nisi forsan excessus enormitas vel qualitas delinquentis aliud fieri suaderet: citationem vero ad Bancum Rectoris factam nullius esse valoris volumus, vel vigoris, sed per inde habeatur, ac si facta nullatenus extitisset. Super facto autem Graciae ad locum in Romanam Curiam, vel Rectorem ipsum morari contigerit, deferenda ne fraus aut dolus in hoc vendicet sibi locum, providere intendimus, prout viderimus expedire volentes omnino quod quis pro aliquo delicto Turonensem unum argenteum teneatur solvere Citatori, sed in hoc consuetudo fervetur antiqua. Ad haec super citandis mulieribus ad Testimonium perhibendum, vel ad respondendum super inquisitionis ac accusationis Negocio constitutionem nostram, quae super hoc loquitur, precipimus observari, ac Notarios utriusque Rectoris contentos esse Scripturarum suarum salario consueti. Si quis autem pro quovis delicto citatus per se, vel per

Procuratorem compareret, & rei fidei, vel iudicatis solutionis, aut transactionis exceptionem opponat, si de ipsa constiterit respondere, non cogatur invidus: pecuniam insuper, quae citatus, si Clericus existat, aut Laicus, qui fidei iustores antequam recederet iuxta mandatum sibi factum exhibuit, per Portatarium vel personarum Rectoris ejusdem, pro introitu, vel egressu exigatur ac si citatus ipse in compediibus extitisset ulterius exigi prohibemus. Praeterea si Clericus coram spirituali vel seculari citatus Iudice ad portam Rocche Custellum vult ponere, ut est moris, Portatarius causa Custodiae ipsam petit, & receptum spirituali desert eodem, qui Clerico precipit, ut vaginam praebet deferenti cum in quadraginta solidis monetae currentis nihilominus condemnando receptis propter hoc fidei iustores ab eodem, & cum Clericus ipse instat ad redium, idem Portatarius ab ipso salario exigit pro Custellum custodiae memorati, quae utpote insolita, nunquam de cetero fieri prohibemus. Porro spirituales, & seculares Rectorum ipsorum Iudices volentibus ad Sedem Apostolicam appellare, ac Notarios quos tales propterea secum ducunt graves carceris minas incutiunt; Precipientes illis districtius ne recedant, & nihilominus ab eis fidei iustoriam exigunt cautionem ab eodem in solutione Custodiae, ac scripturarum non modicum praegravando, quae similiter perpetuae prohibitioni subijcimus, ne ulterius attententur. Praefati quoque Iudices super antiquis determinatis, & scriptis quaestionibus live Causis plures faciunt injuste citari, & ut suam excusam exhibeant, & pro invenienda Cause determinatione in Processu live subscripta decem, vel sex solidos ad minus exsolvant, compellunt eosdem, & si citatus liberationis absolutionis, vel quietationis deserat instrumentum, & illud recipere renuat nisi prius suas exhibeat exceptiones in scriptis, & Notarius pro huiusmodi exceptionibus, & instrumenti registratione praedicti quinque, vel quatuor solidos exigit ab eodem, alias ipsum multipliciter aggravando, quibus quidem exactionibus finem penitus imponi precipimus, & ab eis omnimode abstineri. Si autem Rector provinciae adversus aliquem per inquisitionis vel denunciationis viam procedat, & is contra quem Processus dirigitur, in quacunque parte Iudicii, aliquam exceptionem opponat, eam ipsius Rectoris Iudex admittere renuat, nisi iuxta videatur eidem: sed si forte perpenderet quod talis per exceptionem, vel allegationem huiusmodi foret absolvendus de jure pecuniam pro Consilio exigit ab eodem, & tantum exhibendo consilio ipsum gravat, in quantum existeret condemnandus, sicque condemnationis partem ad sui commodum sub huiusmodi velamine recipit Notarius, & etiam salarium exigit pro scriptura, super quibus illius correctionis, & emendationis remedium per prudentiam Rectoris volumus adhiberi, ut ulterius non contingat. Cum vero praefatus Rector contra universitatem, vel aliquem ad inquisitionem procedit effrenatam mul-

Appellantes non molestandi.

De variis causis modicis expensis.

De minoribus in testimonio non admittendis.

Inobedientes huic Constitutioni anathemate percussis.

Dat. die 12. Junii 1400. An. XI.

titudinem Testium recipit, & universitatem ipsam, vel eam contra quem inquiritur, ad solvendum tres, aut plures solidos pro quolibet Testium praedictorum pro sua voluntate compellit, quod omnino corrigi volumus: dum vero non agatur in fraudem cogit etiam idem Rector litigantes, sua per Advocatos Jura proponere, nec aliter ipsos audit, & si forte contra eam contingeret compellitur litigator non solum suo, sed etiam ipsius Curiae nomine satisfacere Advocatis. Idemque Rector indifferenter exhibere non desinit pro quolibet delicto citatum, & in eius Curia manere constringit receptis etiam fidei iustoribus ab eodem. Nihilominus sibi Custodiam, si Clericum sumptibus propriis imponendo, quae quidem ulterius fieri prohibemus, nisi facti qualitas, vel casus enormitas aliud suaserit faciendum. Constitutionem autem per Rectorem Provinciae editam per quam minor quatuordecim annis super quovis delicto in Testem recipitur, cassamus, vacuumus, & penitus annullamus. Super gravaminibus vero, quae hominibus de Montanis ejusdem Provinciae a Rectoris Vicariis per novas Inquisitiones, quas de antiquis, & factis excessibus faciunt, & alias etiam multipliciter inferunt taliter per eundem Rectorem volumus, & precipimus provideri, ut, & illa finem recipiant, & Ecclesiae Romanae subiecti, ad quorum quietem intendimus indebitis vexationibus non turbentur. Baronibus autem Campaniae, & Maritimae praedictarum & eorum Vassallis Jura, jurisdictiones, & consuetudines ipsorum tam in Civilibus, quam in Criminalibus auferre, nequaquam intendimus, sed potius sibi ea illata, & integra conservare. Nos itaque ad statum bonum & prosperum ejusdem Provinciae vigilantibus studiis intendentes, & cupientes, ut in illa pax vigeat, regnet concordia, iustitia observetur, praemissa omnia per Nos facta prohibita, & statuta sic in perpetuum custodiri volumus, & servari, ut contra ea, vel eorum aliquod scienter temere venientes excommunicationis, sententiam, quam nunc in ipsos auctoritate Apostolica promulgamus, incurrant, qui non, nisi per summum Pontificem possint absolvi beneficiis obtineri. Decernentes nihilominus omnem processum siquidem per eundem Rectorem per se, vel alium, seu alios contra praedicta omnia, per statuta ordinata, & decreta, vel aliquid praedictorum haberi contigerit, irritum, & inane, & nullius existere penitus firmitatis. Nulli ergo &c. Datum Anagninae, quarto Kalendas Octobris Pontificatus nostri Anno Primo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum confirmationis, voluntatis, & constitutionis infringere &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum, secundo Idus Junii, Pontificatus nostri Anno Undecimo.

XII.

Ecclesia S. Michaelis in Monte Gargano erigitur in Cathedralem addita lege, ut Sipontinus Archiepiscopus Garganicus quoque nuncupatur.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Rerum omnium summi, & providi Ordinatoris Domini Nostri Jesu Christi, quod benemeritum ad convivium domini in ultimis recumbentem superius jubet ascendere, ut sibi sit gloria, vices quamquam insufficientibus meritis gerentes in terris exemplo dominico invitamur, ut de summae apostolicae dignitatis speculo ad singulas orbis partes profundae considerationis aciem extendentes, si locum insignem minus decore tractatum, & neglectum videamus, pro rei qualitate superius elevemus, & dignitatum titulis fulciamus. Per hoc enim cum Dei gratia boni praedictis partes implemus, si nostro ministerio singulis locis pro temporum qualitate correspondeant insignia dignitatum.

§. 1. Cum itaque sicut ipsa veritas, & facti evidentia manifestant, civitas Sipontina, quae Cathedralis, & Metropolitana in Apuliae finibus sita malitia temporum faciente multarum calamitatum concussa turbinis adeo diruta, & neglecta, ac desolata jaceat, quod a multis annorum circulis nullus in ea moram traxit, nec speratur, quod in futurum aliqui sint mansuri, & in Dioecesi Sipontina Mons Garganus a dicta civitate, non longe distans situs est, in cuius Montis vertice summo in honorem beati Michaelis Archangeli toto orbe terrarum veneranda habetur Ecclesia caelesti quidem virtute praedicta, ac ibidem terra Montis Sancti Angeli nuncupata, dictae Dioecesis benedicente Domino personarum numerositate, aliisque Domini muneribus ultra Civitates quam plurimas illarum partium stet fecunda, in qua persona utriusque sexus degunt in multitudine copiosa: Archiepiscopus quoque Sipontinus pro tempore existens in ejusmodi terra, & ejus districtu, ac personis degentibus, & rebus existentibus in eisdem, quantum ad spirituale forum pertinet ordinariam jurisdictionem, & praedicta Ecclesia ultra multas, & Cathedrales Ecclesias partium earundem opulenta, & sufficienter ornata extat, proventus etiam bona, & jura dictae Ecclesiae in Archiepiscopum praedictum, & Capitulum ejusdem Ecclesiae communiter, & indistincte pertinere dignoscuntur. Quorum medietatem Archiepiscopus, aliam Capitulum praedictum percipere consueverunt. Si ergo terra in civitatem, & Ecclesia praedicta in Cathedralem, & Metropolitanam Ecclesiam erigantur merito censeferi poterit laude dignum, & opus singulariter commendandum.

§. 2. Nos igitur attendentes, quod felicis memoriae Benedictus Papa IX. Praedecessor noster Sipontinam Ecclesiam, quae tunc dumtaxat Cathedralis erat, post miraculosam inventionem

Ex Ughell. Ital. Sac. tom. VII.

Procurator.

In felix Sipontinae civitatis status.

Ecclesia S. Michaelis in Monte Gargano.

Terra Montis S. Angeli incolis, exteriusque fecunda rebus.

Sipontina Ecclesia in Metropolitana a Benedicto IX. erecta.

tionem ejusdem Michaelis Archangeli, ipsiusque reverentiam in Metropolitanam ere-
rat, & multis honoribus decoraverat, ac
cupientes preterea eandem Ecclesiam predi-
cti gloriosissimi Principis Michaelis Archangeli,
qui de hoste humani generis triumphans mili-
tia celestis exercitus obtinet providentia divi-
na primatum, amplius honorare, ac premissa
attenta meditatione pensantes, & onus ere-
ctionis hujusmodi ad effectum deducere cum
maturitate volentes, ex quibusdam aliis ra-
tionalibus suadentibus causis ad id animum
nostrum moventibus; & ex nostra scientia,
& de Fratrum nostrorum consilio, de Apostoli-
ca potestatis plenitudine, ad honorem om-
nipotens Dei Patris, & filii, & Spiritus San-
cti, & ejusdem gloriosissimi Principis Mi-
chaelis Archangeli laudem, & gloriam,
& exaltationem Ecclesie sancte sue, divi-
ni cultus augmentum, fideliumque sa-
lutem, & earundem terrae, & Ecclesie sta-
tum honorificum, & tranquillum, Terram
predictam in Civitatem erigimus, & Civi-
tatis titulo, & insigniis decoramus: ipsam-
que in memoriam indelebilem eorum, qua
cura nostra in hac parte geruntur, civita-
tem Pargariam perpetuis futuris temporibus
volumus nuncupari. Et insuper eandem Ec-
clesiam (cui venerabilem Fratrem nostrum
Nicolaum Archiepiscopum Sipontinum pro-
ut Sipontinae Ecclesie preesse dignoscitur,
praesidere volumus, & jubemus.) in Cathedralem & Metropolitanam Ecclesiam simili-
liter erigimus, & constituimus de consilio,
& potestate predicta ipsasque ambas Ec-
clesias Sipontinam, & Garganicam simul uni-
mus, annectimus, & incorporamus. Per-
petuo per presentes decernentes, ut predi-
ctus Nicolaus Archiepiscopus ex nunc Ar-
chiepiscopus Sipontinus, & Garganicus nuncupetur, & subsequenter sui in posterum suc-
cessores. Statuentes, & de ipsis consilio,
& potestate decernentes, ut Archidiaconus
qui est in dicta Ecclesia Garganica majorem
post Pontificalem dignitatem obtineat, re-
liqua autem dignitates, personatus, & offi-
cia, si qua, si qui, aut si qua forsitan sub
aliis vocabulis ibidem haecenus extiterint,
alias non intendimus remove, & tam Ar-
chidiaconatus, dignitates, personatus, & offi-
cia hujusmodi necnon duodecim Canonicorum,
& Prebendarum, & perpetuorum be-
neficiorum servientium nuncupatorum nume-
rus ejusdem novae Ecclesie, ac collationes,
& provisiones, necnon consuetudines, &
statuta in suo esse remaneant sicut prius.

§. 3. Quae quidem numerus, & consue-
tudines, & statuta de consilio, & potesta-
te predicta harum serie confirmamus, &
presentis scripti patrocinio communimus. Pro-
ventus, & bona, & jura ipsius novae Ec-
clesie quoad Archiepiscopalem mensam ad Ar-
chiepiscopum, quo vero ad capitulum pre-
dictum pertinent, juxta consuetudinem ha-
ecenus observatam, & alias juxta juris for-
mam percipiuntur, & libere dividantur.

§. 4. Ceterum de consilio, & potestate
predicta statuimus, & ordinamus, quod per-
sonae tam Ecclesiasticae quam saeculares sexus

Terra predi-
cta in Civi-
tatem erigitur.

Ecclesia vero
S. Michaelis in
Cathedrali
& Metropolita-
na.

Archiepisco-
pus Siponti-
nus, & Gar-
ganicus ap-
pellandus.

Capituli assi-
gnatio.

De redditibus
Archiepiscopi
& capituli.

utriusque in eadem civitate degentes pre-
sentes, & posteri predicto Archiepiscopo,
ejusque posteris subiecti remaneant, & pa-
reant in omnibus sicut ante. In eadem Ec-
clesia nova predicta divina officia peragan-
tur juxta ritum, modum, & consuetudinem
ibidem haecenus usitata. Quandoque ipsa
nova Ecclesia omnibus privilegiis juribus,
& jurisdictionibus potiat, & gaudeat quibus
eadem Sipontina gaudet & gaudere etiam
consuevit hujusmodi, necnon aliis privilegiis
indulit, & concessionibus Apostolicis eidem
Sipontinae Ecclesie concessis, qua possent pre-
sentibus obviare non obstantibus quibuscum-
que. Decernimus insuper ex nunc irritum,
& inane, si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter contige-
rit attentari.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostrarum erectionis, decora-
tionis, jussionis, voluntatis, unionis, & an-
nexionis, incorporationis, statuti, confirma-
tionis, communitationis, ordinationis, & con-
stitutionis infringere &c.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Dat. die 4.
Nonis Decembris Pontificatus nostri Anno Decembris
Duodecimo. 1400. Au. XII.

XIII.

Prohibitio insecundandi, locandi, seu alias
quomodolibet alienandi bona Ecclesia-
rum, & Monasteriorum Urbis, ejusque
Districtus nisi de triennio in triennium.

Bonifacius Episcopus, Servus Servorum Dei.
Ad futuram rei memoriam.

Et si universas Orbis Ecclesias, cun-
ctaque Monasteria, atque loca in
Divini Nominis laudem, & gloriam dedica-
ta incrementis salutaribus ampliari, & ab
ingruentium dispendiorum noxiis illa ser-
vari ferventibus desiderijs, prout ex debito
Apostolice servitutis obnoxii reddimus, ex-
optemus, ac operam & operam circa ea im-
pendamus studiis indefessis ad Monasteria
tamen, Prioratus, & Ecclesias in Alma
Urbe, ac in ejus Territorio vel Districtu
existentia tanto, ut salutaribus proficiant
augmentis, excitamur ardentius, quan-
tum in ea Urbe fundamenta Militantis Ec-
clesie celestis altitudo consilii mirabilis sta-
bilivit, & esse voluit tam spiritualis, quam
temporalis Monarchiae ex Throno suae inef-
fabilis sapientiae Principatum.

§. 1. Sentientes igitur, sicut habet fide-
digna relatio facta nobis, quod nonnulli Ab-
bates, Priores, Capitula, & Conventus Mo-
nasteriorum, & Prioratum, tam regularium
quam saecularium etiam Ordinum diversorum,
necnon quamplures alii in dignitatibus, Ad-
ministrationibus, & Officiis constituti, &
etiam Rectores, tam Parochialium quam
aliarum Ecclesiarum, ac Hospitalium tam
in dicta Urbe, quam in Territorio seu di-
strictu ejusdem situarum sub variis, & di-
versis coloribus in maximum Monasteriorum
Prioratum & Ecclesiarum, ac hospitalium hu-

Clausula.

Dat. die 4.
Decembris
1400. Au. XII.

Ex Regest.
in Archiv.
Vatic.

Proemium.

Ex locatio-
nibus bonorum
Ecclesiarum,
ipse Ecclesia
suam de
pascantur.

hujusmodi praedictum, & gravamen, ac
in ipsorum animarum aeternae salutis peri-
culum bona stabilia ad Monasteria, Priora-
tus, & Ecclesias seu Hospitalia hujusmodi
pertinentia intudare, seu in emphiteusim
concedere, necnon ad longum locare tem-
pus deannabiliter haecenus praesumpserunt,
& praesument assidue fructus, redditus, &
proventus ex eis ante tempus percipientes,
nec curantes fructus hujusmodi, ac bono-
rum ipsorum, aut nutrimenta, & subitenta-
tionem degentium in eisdem.

§. 2. Nos volentes, cum ad hoc nostra
potissime veretur intentio ut Monasteria,
Prioratus, Ecclesie, & bona hujusmodi, ac
Personae in eis, & potissime deservientes lau-
dabiliter in divinis augmenta suscipiant &
ab incommotis ex malitia concessionum, &
locationum hujusmodi emergentibus praer-
ventur illaesa, praemissis, & nonnullis aliis
rationabilibus causis animum nostrum ad
hoc moventibus auctoritate Apostolica te-
nere praesentium statuimus, & ordinamus,
quod de cetero nullus Abbas, Prior, Con-
ventus, aut Capitulum, Collegia, regula-
res, vel saeculares, aut Rector Monasterio-
rum, Prioratum, aut Ecclesiarum ac Hos-
pitalium hujusmodi, vel alicujus eorum cu-
juscumque status, dignitatis, vel conditio-
nis exiit per se vel alium directe vel indi-
recte, quibuscumque titulo causa seu ques-
to colore insecundare, aut in emphiteusim
concedere, seu aliter locare bona hujusmo-
di, quae insecundari haecenus non consueverint,
aut fructus, redditus, & proventus bono-
rum stabiliu Monasteriorum, Prioratum,
& Ecclesiarum hujusmodi, vel alicujus eo-
rum ad tempus vendere, vel aliter aliena-
re seu concedere: nisi dumtaxat pro tempore
& termino trium annorum ad plus, nec
fructus, redditus, aut proventus ipsos ante
tempus percipere, nisi pro uno anno dum-
taxat, & non ultra audeat, vel praesumat,
sub pena excommunicationis, in quam con-
trafacientes incurrere volumus ipso facto,
necnon privationis omnium Monasteriorum,
Prioratum, Dignitatum, Ecclesiarum, be-
neficiorum, hospitalium, & bonorum quo-
rumlibet, quae quomodolibet obtinerent,
Feudatarii quoque, Emphiteote, conducto-
res ac Emptores bonorum hujusmodi solu-
tum contra inhibitionem hujusmodi Cano-
nem, & pretium amississe eo ipso intelli-
gantur, nec repetitioni, aut compensationi
sit locus in aliquo.

§. 3. Volentes ac decernentes quod Ca-
stra seu Fortalitia Monasteriorum, Priora-
tum, aut Ecclesiarum seu hospitalium hu-
jusmodi, vel eorum aliquod absque speciali
Sedis Apostolicae licentia sub dicta pena In-
feudari, locari, dari, vel concedi non pos-
sint, vel debeant quovis modo, & nihilo-
minus, quod secus, vel aliter factum fue-
rit carere viribus decernimus ipso facto.

§. 4. Constitutionibus Apostolicis statu-
tis, & consuetudinibus Monasteriorum, Prio-
ratuum, Ordinum, Ecclesiarum, & locorum
hujusmodi Legibus Imperialibus, statutis mu-
nicipalibus praefatae Urbis & aliis contrariis

non obstantibus quibuscumque.
§. 5. Predicta autem ad hospitale no-
strum Sancti Spiritus in Saxia de Urbe &
ejus Praeceptorem Capitulum atque bona
non vendicent sibi locum.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam, nostrorum statuti, ordinatio-
nis, voluntatis, & constitutionis infrin-
gere &c.

Datum Romae apud S. Petrum, quarto
Nonas Januarii, Pontificatus nostri Anno
Quartodecimo.

Excipiunt
Hospitalia S.
Spiritus in Sa-
xia.

Dat. die 2.
Januar. 1403.
An. XIV.

INNOCENTIUS VII.

PAPA CCIV.

ANNO DOM. MCCCCIV.



Die 17. Octobris 1404. electus
est Romae in Summum
Pontificem Cosmus Meliora-
tus Presbyter Cardinalis tituli
S. Crucis in Hierusalem sub
nomine Innocentii VII. qui
coronatus est die 11. sequentis
Novembris. Erat Cosmus Sul-
mone natus, in Aprutio: quem
Urbanus VI. Archiepiscopum
fecerat Ravennatensem, mox
Bononiensi praefecerat Ecclesiae,
unde a nonnullis Cardinalis
Bononiensis appellatur. Sedit
ia

Prohibitio, de
qua in subri-
ca.

Penae contra
inobedientes.

Locationes
vero & con-
cessiones
Rom. Pon-
tificis facien-
dae.

Contrariis
quibuscum-
que non ob-
stantibus.